

*Enrico Ruffo paga al genere
Ampollonio di Morano venticinque once*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*Enrico Ruffo paga al genero
Ampollonio di Morano venticinque once*

1313-06-17

In nomine Domini amen. Anno Incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo tertiodecimo, mensis Iunii septimo decimo, undecime inditionis apud Cusentiam. Regnante excellentissimo Domino, Domino nostro Rege Ruberto, Dei gratia Inclito Hierusalem et Sicilie Rege, Ducatus Apulie, et Principatus Capue, Provincie, et Folcalquerii, ac Pedemontis Comite, regnorum vero Hierusalem et Sicilie anno quinto feliciter Amen

Nos Andreas de Guarano regius iudex civitate Cusentie, Bibianus Longus regius publicus eiusdem civitatis notarius, et testes subscripti ad hoc specialiter et rogati, presenti scripto publico notum facimus et testamur, quod constituti in nostra presentia Perrellus de Guarano et Lancea de Mentuano nuncie et familiares viri nobilis Domini Henrici Ruffi de Calabria, Sinopolis Domini, asseruerunt coram nobis quod dictus Dominus Henricus, una cum Nicolao de Regio, Theodor Silipingio Peregrino de notario Nicolao, et Guglielmo de notario Nicolao promiserant, et iuraverant mittere, dare, et assignare apud civitatem Cusentie in manibus domini Ursonis Caczolus de Scala habitatori Cusentie pro parte et nomine viri nobili Ampulloni de Marano generi dicti domini Henrici, per totum vigesimum diem praesentis mensis iunii, Uncias auri viginti quinque, pecunie usualis, ad ratione de carolenis argenti ponderis septuaginta per Unciam computatis, quas idem Dominus Henricus restabat ad solvendum dicto genero suo de unciis auri centum, quas idem Ampullonus ad eodem Domino Henrico recipere tenebatur, et recepere predicto Domino dictas uncias viginti quinque, propter quod idem Dominus Henricus, Nicolaus de Regio, Theodorus Silipingius, Peregrinus de notario Nicolao, et Gulielmo

de notario Nicolao volentes eorum promissimus, et sacramentum inviolabiliter observare pretitulato inviolabiliter observare, pretitulato die septimo decimo, dicti mensis iunii, prefato Perrello et Lancea in nostra praesentia constituti solverunt, dederunt, et assignaverunt dicto domino Ursone Caccolus nomine, et pro parte dicti Domini Henrici, predictas uncias auri viginti quinque ad ratione de carolenis argenti veteris sexaginta per unciam computati, quod ipse Urso Caccolus, nomine et pro parte dicti Ampulloni nobis presentibus in assignatione pecunie supradicte se pecuniam ipsam habuisse, et recepisce, ac recepire, et habere confessu est, solemniter coram nobis

Unde ad futuram memoriam dictorum domini Henrici, Nicolai, Theodori, Peregrini, et Guglielmi, et eorum Heredum, cautela perpetuam presens scriptum publicum actum est per manum mei praedicti notarii publici, signo meo solito signatum, et signo et subscriptione mei quod supra iudiciis, et subscriptorum testium qui premissis interfuerunt, signis, et subscriptionibus roboratum. Scriptum anno, mense, die, loco, inditione praemissis signa iudicii, notariis et testium subscripti ... sunt